



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XLVIII. Das Domcapitel zu Brandenburg verzichtet zu Gunsten des Klosters
Zinna auf die Synodalien in Luckenwalde und in einigen Dörfern seines
Sprengels, am 16. März 1381.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XLVIII. Das Domcapitel zu Brandenburg verzichtet zu Gunsten des Klosters Zinna auf die Synodalien in Luckenwalde und in einigen Dörfern seines Sprengels, am 16. März 1381.

Nos Hentzo, prepositus, Bertramus, prior, et capitulum ecclesie Brandenburgensis, recognoscimus et protestamur lucide per presentes, quod dimissimus et per hec scripta dimittimus religiosi viris, abbati et conventui monasterii in Cenna sanctae Marie virginis Cisterciensis ordinis, Brandeb. diocesis, ea que ad preposituram nostram spectare videntur per mortem plebanorum opidorum et villarum: Luckenwolde, Cynnou, Pechule, Bardenitz, Frankenwelve synodalia videlicet vestes meliores, equum optimum, librum viaticum, superpellicia et caeteras res, que ad hec pertinere solent, libere et sine omni contradictione cujuscunque in usus suos tollenda, loco quorum synodaliu plebanus in Luckenwolde dimidiam sexagenam, plebanus in Cynnou dimidiam sexagenam, plebanus in Pechule viginti grossos, plebanus in Bardenitz viginti grossos, plebanus in Frankenwelve viginti grossos latos Pragensis monete singulis annis feria quarta proxima post dominicam Letare Jherusalem, qua consuevit hactenus summa synodus in Brandenburg celebrari, absque quacunque excusatione et protractione in Brandenburg perpetue solvere debent et tenentur, in qua summa prenominati viri religiosi abbas et conventus una cum dictis ecclesiis nobis obligantur, salvis procuracione synodali et aliis, que nobis in eisdem opidis et villis debentur ut prius. Et ne super premissis aliquis error seu dubium aliquod oriatur, sigilla domini prepositi et capituli nostri presentibus sunt appensa. Datum et actum Seyeser, anno domini M^o. CCC^o. LXXX^o. primo, XVI die mensis Martii.

Nach Geyfers Abschrift aus einem Brandenburger Copialbuche.

XLIX. Bischof Dieterich von Brandenburg incorporirt dem Kloster Zinna die Kirchen zu Luckenwalde und in mehreren Dörfern, am 27. März 1381.

In nomine domini. Amen. Thidericus, etc. episcopus Brandenburgensis, universis etc. — salutem in filio virginis gloriose. Quoniam homines transitorii sunt, solent igitur ea, quae sunt per ipsos literarum et sigillorum apicibus perhennari. Hinc est, quod propter canonum et legum transgressores, spoliatores, incendiarios et alios malefactores multiformes villae, grangiae et alia bona, ad monasterium sanctae Mariae in Cenna, ordinis Cisterciensis, nostrae dioc., spectantia, in pactibus, censibus, redditibus caeterisque proventibus, prout ex inquisitione diligenti super his per nos habita didicimus, adeo sunt devastata, quod Abbas et fratres ipsius monasterii nequeant ibidem commode sustentari nec ipsis in necessariis possit salubriter provideri. Ne igitur dictos fratres plus quam deceat divagari contingat, et ipsorum religiositas propter hoc maculetur, seu propter defectum temporalium divinum officium in ipso monasterio multimodum sustineat detrimentum, nos debitum pastoralis officii exequi et iusta petentium vota affectu benigno prosequi et ipsorum statum ampliari potius quam arctari volentes, ecclesias parrochiales villarum infra scriptarum videlicet Luckenwalde, Cynnou, Pechule cum filia sua Bardenitz et Franckenfelde, quarum jus patro-